



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod non sunt creatores, licet per eos magi ranas & alia fecerunt, sicut  
nec boni: etsi per eorum mysterium fiunt creaturæ. H. I

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

scil. cimices ventum est, omnino defecit: quā ter-  
tia plaga Ægyptus cædebatur. Ibi certe defecerūt *Ibidem con-*  
*magi dicentes, Digitus Dei est hic. Vnde intelligi* *tinuo.*  
datur, nec ipsos quidēm trāsgressores angelos, &  
aëreas potestates in imā istam caliginem tanquā  
in sui generis carcerem ab illius sublimis ethereas  
puritatis habitatione detrusos: per quos magicæ  
artes possunt quicquid possunt: non autem aliqd  
valere possunt, nisi data de super potestate. Datur  
autem vel ad fallēdum fallaces sicut in Ægyptios,  
& in ipsos etiam magos data est, vt in eorum spi-  
rituū operatione viderentur admirandi, à quib⁹  
siebant damnandi: vel ad monendum fideles, ne  
tale aliquid facere pro magno desiderent, propter  
quod etiam nobis in scriptura sunt pdita: vel ad  
exercendam, probandam, manifestandamq; iu-  
storum patientiam.

*Quod transgressoribus angelis non seruit ad nutum  
materia rerum visibilium.*

*G Lib. eod. c.*

Nec putānditm est istis transgressoribus ange- *s. in princ.*  
lis ad nutum seruire hanc visibilium rerum ma-  
teriam: sed Deo potius à quo hæc potestas datur  
quantum immutabilis iudicat.

*Quod non sunt creatores, licet per eos Magi ranas,*

*& alia fecerint sed solus Deus.*

*H*

Nec satis creatores illi mali angelii dicēdi sunt, *Ibidem fere*  
quia per illos magi ranas & serpentes fecerunt: non *continuo*  
enim ipsi eas creauerunt *Augustin.* Omnium quippe rerum  
q̄ corporaliter visibiliterq; nascuntur, occulta q-  
dam semina in corporeis mundi huius elemen-  
tis latent: quæ De originaliter eis indidit. Ipse er-  
go creator est omnium rerum, qui creator est ini-  
visibilium seminum: quia quæcunq; nascendo ad  
oculos nostros exirent, ex occultis seminib⁹ acci-  
piunt progreediēdi hic primordia, & incremēta de-  
bitæ magnitudinis, distinctionesque formarum  
ab originalibus (vt dicam) regulis sumunt.

*X*

*Sicut*

Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum nec agricultores frugum: ita nec boni angeli nec mali, et si per eorum ministerium fiant creaturae. I

Sicut ergo nec parentes dicim⁹ creatores hominum, nec agricultores frugum, quāuis eorum extrinsec⁹ adhibitis motib⁹ ad ista creanda Dei virtus interius operetur: ita non solum malos, sed nec bonos angelos fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sui sensus corporis semina istarum rerū nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas tēperationes elemētorum latentes spargunt: atq⁹ ita & gignendarum rerum & accelerandorum incremētorum præbent occasiones. Sed nec boni hēc, nisi quantum De⁹ iubet, nec mali hēc iniuste faciunt: nisi quantum iuste ipse permittit: Nam iniqui malitia voluntatem suam habent iniustum: potestatem autem non nisi iuste accipit siue ad suam pœnam, siue ad aliorum: vel pœnam malorum, vel laudem bonorum.

Sicut iustificationem mentis, ita creationem rerum solus Deus operatur: licet creatura extrinsecus seruat. K

Sicut ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi Deus, prædicare autē extrinsecus euangeliū etiam homines possunt, nō solum boni per veritatē, sed etiam mali per occasiōnē: ita creationem rerum visibilium Deus interius operatur. Exteriores autem operationes atq⁹ cōtēplationes siue occasiones ab angelis tam bonis q̄ malis, vel etiam ab hominibus adhibētur. Sed hēc ab hominibus tanto difficilius adhibentur, quātum eis desunt ad sensu subtilitates, & corporum mobilitates in membris terrenis & pigris. Vnde qualibuscunq⁹ angelis vicinas causas ab elemētis cōtrahere, quanto facilē est, tanto mirabilē modum in huiusmodi operibus eorum existunt celeritates: sed nō est creator nisi q̄ principaliter ista for-

Ibid. con-  
tinuo Aug.  
Ibid. con-  
tinuo.

Ibid. paulo  
infer. eo-  
dem c. 7.  
Lib. 3. de tri-  
nit. cap. 9.

Aug. cap. 9.  
eiusdē lib. 3.  
ad medium.